

# **Dr J. FALLEN - L'EIRETIERO DE LA RÈINO JANO**

## **Dramo istourique en cinq ate en vers**

**1922**

**EXTRAIT du testament du roi Robert, comte de Provence, du 16 Janvier 1343.**

...In primis quia testamenti cujuslibet heredis institutio principium esse dignoscitur sive capud, instituit sibi heredem universalem illustrem et spectabilem dominam Jobannam ducissam Calabrie neptem ejus primogenitam, clare memorie incliti domini Caroli ducis Calabrie ejusdem domini regis primogeniti, in regno Sicilie ultra citraque Farum, necnon comitatibus Provincie ac Forcalquerii et Pedimontis ac omnibus aliis terris, locis, dominiis jurisdictionibus, bonis et rebus suis stabilibus et mobilibus ubicumque sistentibus sibi competentibus et quomodolibet competiturit.....

..... Item voluit et mandavit idem dominus rex quod in casu, quod absit! quod prefatam dominam Johannam ducissam decedere contigerit quandocumque liberis ex suo corpore legitimis non relectis vel illis superstibus sine legitimis heredibus decedentibus, succedat sibi prefata domina Maria soror ejus vel heredes sui seu heredes heredum suorum in dicto regno Sicilie ultra citraque Farum ac comitatibus et omnibus aliis supradictis